



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

Tractatvs XI. De iure Protectionis seu Clientelæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76442](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76442)

TRACTATVS VNDECIMVS,
DE
IVRE PROTECTIONIS,
SEV CLIENTELÆ,

RESOLVTIO PRIMA.

An Subditus irrequisito Domino, posset se subiicere alterius protectioni? & sententia affirmativa proponitur. Ex part. 10. tr. 7. R. cf. etiam 1.

A §. 1. D propositum dubium affirmatiue respondet Hieronymus Schurffus, cent. 3. conf. 23. Ioannes Otto de iure publico, cap. 11. ver. fadus clientelare, Gail. lib. 2. obseruat. 54. num. 3. & seqq. Modestus Pisto- rii, volum. 1. confil. 19. num. 15. Tuchus, Prædictar. Conclus. litera C, conclus. 6. 18. num. 5. & littera R, con- clus. 6. Reinkinch de Reginime Seculari, lib. 1. class. 5. cap. 4. num. 47. cap. 6. §. 4. num. 23. Erasmus à Cochier, de Aducentia feudali, q. 93. Ioannes Iacobus Draco, de origine & iure Patriciorum, lib. 1. cap. 6. num. 5. Ca- frensis vol. 1. confil. 3. 13. num. 3. Barthol. Socinus, confil. 74. num. 1. Rolandus à Valle vol. 1. confil. 1. num. 47. Natta confil. 6. 36. n. 1. & 96. Decianus, conf. 58. num. 122. vol. 1. Hondondeus, confil. 15. num. 57. vol. 1. Bertazolus conf. crim. 511. num. 36. vol. 2. Raudensis conf. 27. nu. 39. & 46. volum. 1. Sixtinus confil. Marpurgens. 8. num. 104. vol. 1. Pruchmannus, confil. 17. num. 86. vol. 1. Menoch. conf. 32. num. 4. Wefembecius confil. 48. num. 23. part. 1. & alij penes ipflos.

2. Probari potest hæc opinio, Primo ex iure Canonico, ex cap. Recipimus extrâ de Privileg. vbi Summus Pontifex rescribit, quod licet receptus quis fuerit in protectionem alicuius; eum non propterea esse exemptum à iurisdictione sui Episcopi, nec con sequenter iuri protegendi annexam esse subiecti onem. Inde libertatem illam Protectores asciscendi assertentes, inferunt. Subditos absque prauidicio Domini- torum suorum se posse alterius Tutele subiicere, èd quòd per eiusmodi subiecti onem iuri Magistratus ordinarij, vt verba finalia eiusdem cap. habent, nihil censeatur esse detractum. Quòd ipsum nuncupatum statuit. Matth. VVefemb. conf. 48. n. 30. assertens, non sequi, quòd per Protectorem alterius iurisdictione immunitatur, cum defensione si facultatis naturalis planè à iurisdictione separata; nec immunitat iurisdictionem alterius: cùque Episcopis subiecti possint, eiustodi protectionem sibi parare, per alleg. Schurff. con. 23. in pr. 8. hoc latius paolo infra probabitur.

3. Probatur secundò ex iure ciuii, per leg. Deser- torem, §. fin. ff. de militari, quam ad hoc allegat. Gail. lib. 2. obseru. 54. num. 4. assertens, iuriibus illis expresse probati, inferiores posse se, defensionis causa, superiорibus, & potentioribus submittere; neque per il lam subiunctionem iurisdictioni ordinariæ quicquam detegari, per alleg. ibid. Praterter in comprobationem sua assertiois adducit leg. 1. C. de Excusat. mun. lib. 10. & tit. singular. C. de Domes. & Protec. quarum legum Textus ad hoc adducens Bart. ad d. leg. 1. num. 2. dicit,

positos sub protectione alicuius non esse sibi subie- sto; nec recipientem in tutelam, iurisdictionem in suscep- tos habent; sed teneri eos defendere cum ar- mis; addens ibidem, se in facti contingentia, cùm dubium circa capitula facta pacis cum Archiepisco- pò Mediolanensi exortum esset, in verbis. Quod omnia Castra occupata per Vbaldinos remaneant sub protectione, & regimine ipsorum; respondisse, per ista verba nullam ipsius competere iurisdictionem.

4. Probatur tertius, quia ius protectionis nullam iurisdictionem tribuit; sed qui in protectionem sunt, nihilominus sub Superioris sui ordinaria iurisdictione remanent, eique ut antea patere debent. Ita Bart. in leg. 1. num. 2. Cod. de excus. mun. lib. 10. Dec. in cap. Ad audiendam num. 3. de Appell. Petr. Anton. de Petr. de Potes. Princip. cap. 22. num. 9. fol. 293. Menochius de Arbitr. iudic. cas. 100. num. 9. Ioann. Baptista Afinius, tractat. de Execut. §. 11. cap. 5. num. 1. & seqq. Franciscus Zoannet. in repet. leg. vii vīm, part. 1. num. 9. ff. de Ind. & Iur. Gail. 2. obser. 54. n. 4. Cardin. Mantica de tacitis & ambig. conu. lib. 2. 7. tit. 7. num. 15. Alphons. Modit. §. Principium placita, dubit. 239. num. 4. Pruchmannus, conf. 17. num. 86. vol. 1. Itaque sub nuda protectione, & commendatione esse, non est sub iurisdictione esse, sed sub defensione facti ab iniuriis, & violentiis; obseruat Kolkius, de Contribut. cap. 1. num. 279. Martinus Rumelinus ad auream Bullam Caroli IV. p. 2. differt. 5. §. 9. & alij penes ipflos. Vnde ex his omnibus præter Doctores citatos, hanc senten- tiam affirmatiuam docet nonissime doctus, & amicissimus Nicolaus Fernandez de Castro in Portugal Convencida, cap. 2. scđt. 9. vbi sic ait: [No ay vna palbra en estas bulas, en que se diga, que Portugal es Feudo de la Yglegia. Dízese bien, que es Cenfual, y que ésta de baxo de la protección de la Silla Apostólica. Però esto nada tiene comun con el Feudo, o Vassalaje, compadeziédose muy bien, que vn Reyno, Estado, Comunidad, o particular sean Vassallos de vn Principe, y en este sentido Clientes de otro Principe, Yglecia, o Comunidad, sin que por esto se preuidique al Señor soberano y directo, ni se incurra en felonía, en que es excusado hazer discursos largos, auiendo poco ha publicado los doctissimos en esta sentencia Geronymo Magero, explicando egregiamente la naturaleza de estas clientelas hasta, su edad y escritos poco sauida.] Ita ille. Et idem hanc sententiam puto probabilem esse, & secundum illam Don Alfonso Henriquez, vassalus tunc Regis Castellæ Alphonsi VII. potuit sine eius præindicio se cum Portugallia subiicere protectioni Sanctæ Se- dis Apostolice, vt fecit.

RESOL. II.

Opinio negativa Authoris, & aliorum assertur, afferrantium esse licitum subditos, inconsilio Domino, protectorem aliquem adficere. Sed deducitur, quod subditis in praetudicium Superiorum nullatenus licet contrahere, aut moliri quipiam, ex quo iis praetudicium aliquod oriatur. Item nec Civitates, aut populus quidem vniuersus facere aliquid, aut statuere potest in his, quae targunt ius Superioris in granu ipsius praetudicium.

Nec inferior potest falcam imponere in ius, vel interesse Superioris. Ex part. 10. tr. 7. Ref. etiam 2.

S. I. *H*is tamen non obstantibus, licet, ut dixi supra dicta sententia sit fatis probabilis: magis mihi placet opinio negativa, quam tueretur Sigismundus Finkelmanus, tract. de iure patronatus, c. 1. n. 28. & seq. Buxtorff. ad auream Bullam Caroli IV. Thes. 99. littera F. Cluini in Sylloge rerum quotidianarum, Thes. 27. littera F. Henricus Bocerus, tract. de iurisdict. cap. 9. num. 97. Rulandus de Commissione. part. 4. lib. 2. cap. 3. num. 14. Rolandus à Valle consil. 29. num. 6. volumen. 1. Crauettus, consil. 933. num. 33. Boëtius de c. 304. num. 6. Aruweus ad auream Bullam Caroli IV. dis. c. 6. cap. 15. Thes. 2. Clocchius, de Contribut. cap. 1. num. 183. Matthias Stephanus de Iurisdict. lib. 2. part. 2. cap. 2. num. 1. 28. cum seq. Martinus Magerus de aduocacia Armata, cap. 6. num. 96. Martinus Rumelinus ad auream Bullam Caroli IV. part. 2. disser. 5. numer. 9. Theodorus Reinklingh de Regimine Seculari, & Ecclesiastico, lib. 1. Class. 5. cap. 4. num. 59. & seqq. Zafius consil. 7. num. 5. lib. 2. Alex. consil. 94. num. 4. vol. 5. Thomas Michaël de Iurisdict. Thes. 138. Bocerus de Iuris. cap. 8. num. 97. Thomas Maulius, tract. de Homagio tit. 11. num. 5. vbi sic ait: Subditi non possunt sine conseruando domini se subiungere alterius protectionis; nemo enim in alterum transfere potest, quod ipse non habet. leg. nemo plus, ff. de reg. Iur. Et non licet subditis contrarium villum facere in praetudicium domini sui. Baldus in leg. Debitorum Cod. de pæl. per leg. Si unius. §. Ante omnia ff. eod. Socinus Iunior, consil. 1. num. 66. volumen. 4. Natta consil. 160. num. 28. & consil. 309. num. 3. Rolandus consil. 9. num. 16. volumen. 1. Quam autem periculosa sit aliorum protectione, & quantopere Protectores turbent ordinatum. Clientum suorum Magistratum, quali ex causa sape insectentur subditos contra eum; ibi vbi iustissima animaduertendi, vel multandi causa est, sub protectionis specie, clientes defendantur, vel alia sibi vendicantes: & protectionis ius itidem respectu & subiectio, & iurisdictionis viam aperiuisse, experientia & Historia docent. Præter id, in eo ordinarij iurisdictioni aliquid detrahitur, quod defensionis dignitas, qua sui natura iurisdictionem comitatur, cum propter defensionem subditorum, & iustitia inuenta, & constituta sit, ab Ordinario ad alium transfertur. Vnde à Principe, vel Comite vel alio Magistratu ordinario, suos alterius protectioni, insciis illis, & sine legitima causa sese subiungentes, iniuriarum conuenire posse, per leg. 1. §. 2. de Iniur. existimat Frideric. de Mandat. lib. 2. capit. 14. num. 4. Nec obstat, cap. Recepimus, & cap. ex parte, exir. de Prinileg. nam utrumque capitulum loquitur de speciali protectione eius, qui alias est vniuersalis Protector, & Superior. Et ita, cum Imperator sit vniuersalis Protector, & Superior, leg. Deprecatio, ff. ad leg. Rhod. leg. bñd à Zeno-ne, Codic. de quadrienn. pref. nihil noui fit, si ipse Imperator aliquem in speciale protectionem reci-

piat: Vnde Panormitanus in d. cap. Recepimus, num. 4. de prinileg. & Ancharen, consil. 87. num. 2. Natta consil. 237. num. 2. aiunt, parùm operari tales receptiones in protectionem; in d. quando Imperator priuatas personas in protectionem speciale recipit, inde nemini praedicat: Ita Panormitanus in cap. Extentore, c. 1. alias ex parte de prinileg. quod non est in reliquis Principibus, qui nihil superioritatis habent in alienos subditos; igitur illis se immiscere non debet. Pertinet enim ad proprios, & ordinarios dominos subditos suos tueri atque defendere; vt supra est dictum. Et nemo debet se in officium alterius intromittere vt notat Bartolus in leg. prouincias, numer. 1. Cod. de nu. actuar. lib. 1. b. Huc uque Maulius.

S. 2. Itaque recte iura sanciunt, quod subditis in praetudicium Superiorum suorum nullatenus licet contrahere, aut moliri quipiam, ex quo iis praetudicium aliquod oriatur. arg. §. fin. ibi Dominorum iust. de bis qui sui leg. Si unus. 27. §. Paëla vers. ante omnia. de pæl. leg. Debitorum 25. cum ibi notat. ab Alexander. in prima nota, num. 2. Baldus, & Wescembecius n. 4. Cod. de pæl. Bodinus, de Republic. lib. 1. cap. 8. vbi scribit, nihil est, quod magis Principum animos commoueat, quam pacisci per vim cum subditis, vt refert Auctor in actis pacificat. Coloniens. leg. 28. Decius in leg. 59. ff. de re iudic. idemque consil. 17. & idem nuncupat asservit Socinus Iun. consil. 1. num. 66. volumen. Natta consil. 160. num. 28. & consil. 309. num. 3. Baldus in leg. Debitorum Cod. de pæl. Rulandus à Valle, consil. 29. volumen. 1. num. 6. vbi tradit Civitates recognoscentes Superiorum, non posse aliquid statuere aut facere in praetudicium præminentia Superioris. Nam factum cuique suum nocere debet; nec vnius conditio per alium deterior fieri potest. leg. Factum. ff. de regul. Iur. leg. Si cui §. iij. den. ff. de acquir. cap. cum super, terre iudic. cap. cum dilect. de fid. Instrument. Et cum hoc in quibuslibet aliis personis locum habeat, multo minus licet iis, qui alicuius iurisdictioni subiecti sunt, ei per suum factum, & alium defensorem suscipiendo, obesse, & praetudicium parere. arg. leg. nec ex verb. Cod. de acquir. pess. & arg. cap. licet vniuersit. & ibi Gloss. de testib. Regner. Sixtin. consil. Marburg. vol. 3. consil. 8. num. 51. & 52. Sed negari non potest eiusmodi protectionis actionem prædicare vero domino; cuius obedientia paulatim minuitur, & defensoris augetur, vt in terminis tradit, Thomas Michaël de Iurisdict. conclus. 13. & littera E, allegans in simili Zafium consil. 7. num. 5. lib. 2. M. Stephan. de Iurisdict. lib. 2. part. 2. cap. 2. num. 132. D. Hopingk disser. de Iure potest. conclus. 32. littera E, Pautmeist. de Iurisdict. lib. 2. cap. 9. num. 19. Quamvis enim protectionis ius tenue existimetur & nihil cum superioritate respectu patroni, vel cum subiectione respectu clientum, commune habeat: negari tamen non potest, tale id esse, ex quo constituti patroni, alia sibi paulatim in personis protegendas iusta querendi, & usurpandi, ea scilicet existente occasione commodi, & vnum ex alio in dies pullulat, ansam facile artipere possunt: vnde non leue ordinario Magistratus praetudicium generari queat; vt recte perpendiculariter Thomas Michaël d. concl. 138. lit. E.

S. 3. Et tandem certum est, inferiore non posse falcam imponere in ius, vel interesse Superioris leg. si const. 4. Cod. fin. regund. vel eidem in aliquo derogare leg. 3. in princ. ff. de alienation. Iudicij mutand. leg. nam Magistratum ff. de arbitris leg. ille à quo 4. §. tempestuum. ff. de Minorib. leg. fomam. 2. Cod. de Officio Prefect. Prautor Orient. Beccius consil. 56. num. 1. ad fin. & seq. Et ne populus quidem vniuersus facere aliquid, aut statuere

statuere potest in his, quæ tangunt ius Superioris in grave ipsius preiudicium Baldus *leg. 3. §. II* illud quoque num. 2. ff. quod quisque iuris. Andr. Kniinch. de *Sax. non pronos. Iure verb. Ius. cap. 2. num. 6. 3.* Verum si, inscio domino, subditum cum alio potentiori in eant protectionis visionem, id absque præiudicio ipsius domini fieri nequaquam potest; ut accumulatis argumentis non ineleganter deducit Petr. Frider. Mindan. d. cap. 14. quæst. 1. per *dilectum Thomas Michaël. d. dispu. de iurisdict. conclus. 138. lit. E.* Quia Subditus eiusmodi clientes, cum se niti sciunt potentioris aduocati viribus auxiliaribuscum iactura publicæ quietis, quæ tamen vel maximè promouenda est *leg. 13. princ. de offic. præsid.* aduersus dominum sapientiæ cristas eriguntur Arum. *ad auream Bullam dist. 6. cap. 15. §. 2.* Quare ejusmodi, in iure Magistratus proprio, facta à subditis cum potentioribus patronis aduocatis conuentio dom illi ad ordinariæ iurisdictionis excusationem, & mouendam contra proprium dominum rebellionem, & detrectandam onera consueta, patrocinio abutuntur; nihil aliud sapere videtur, quam occultam quandam aduersus Magistratum ordinarium confederationem, & confederationem, arg. cap. *Constitut. §. Ceterum de verbor. signif. in 6.* Et publicis eiusmodi passionibus subditus reddi videntur audatores aduersus dominos suis ordinarios, quibus facilius resistere adiuti protectorum auxilio; id quod repugnat publicæ utilitatæ ita considerat Menochius *conf. 28. num. 7.* Adde, quod si subditus licet, dominis ordinariis inuitis, protectionem pacisci; contingenter, facto ipsorum ius defensionis illorum dominorum præter voluntatem eorum in aliud transferri, ut per se patet. Sed consequens repugnar iuri naturali, & scripto, ex doctrina Natai *conf. 367. num. 2. & 3. vol. 2.* Tunc quid subditus nec dominorum possessionem intermittere possunt, Decianus in *Tract. crimin. lib. 2. capit. 32. num. 13.* Nec iurisdictionem in alios prorogare, Sola in *Constitut. Sabaud. Rubr. de for. competr. verb. Subditos natiros. Gloss. 1. n. 9. Surdus confil. 47. num. 25. & 34. Laudeni. de Princip. quæst. 33. Thesaur. decif. 266. num. 6.* Baldus *confil. 121. volum. 3.* ergo se submittere absque dominorum suorum voluntate, ac præcognitione subditus non licet.

4. Item, si licitum esset subditis, in consulto Magistrato ordinario, aliena se tutela subiiceret; non tam concingeret, dum forte opponendi se occasionem videcumque captarent, subditos contra dominos defendi, sed hoc ipsum iura prohibent, attestante *Weslembec. confil. 48. num. 8. part. 1.* vbi veritum esse, ait, in terrarum domini alterum alterius impedit iurisdictionem, *Bartolus in leg. qui iurisdictioni. num. 7. de Iurisdict.* Baldus in *leg. testamentar. num. 2. Cod. de testament. Geminian. in cap. 1. num. 2. & 4. in cap. 1. de Offic. ord. in 6. per §. Non habeat in auctoritate, de defens. Civitatis. subvenimus de collat. capit. Dno 9. capit. Pasforal. 11. de Offic. ord. cap. 1. de Offic. Legat. cap. 1. capit. vi. litigantes, de Offic. ordin. in 6. Vel alterius subditos contra dominum defendere, aut in tutelam recipere leg. 2. vbi Cuiac. *Cod. ut nemo ad suum patroc. lib. 11. & in leg. quidam 132. de verbor. oblig.* & Cod. Theodos. lib. 11. titul. 24. de patrim. vic. Ergo, &c.*

RESOL. III.

Adducuntur aliqua limitationes supradictæ negantur sententia? Ex part. 10. tract. 7. Ref. etiam 3.

§. I. *I*cet, ut probatum est, absolute loquendo, non licet subditis, inconsulto domino, se subiicerere protectioni, aut clientelæ alterius potestatis

fallit tamen necessitate urgente, ut obseruat Kolkius de *Contribut. cap. 1. num. 283.* & alij Doctores in superiori Resolutione citati. Et ratio est, quia necessitas est ingens telum, nulli subiectum legi, *leg. 1. de Offic. Proconsul. leg. 7. §. 3. ff. quod vi, aut clam, sed ipsa facit legem, Remissorum 1. quæst. 1.* ac nulla curat priuilegia latè Tiraquillus in tractat. *Lignag. §. 26. gloss. 1. n. 19. & seqq.* Ideoque factum necessitate urgente, culpabile non est, *cap. Ad limina causa. 30. quæst. 1.* Hieronymus de *Cœuall. in Spec. commun. opin. quæst. 906. num. 50.* Et propter imminentis periculum recedunt non solum à regulis iuriis communis, sed etiam potestitui. Iason. *ad leg. de pupillo. §. præterea, ff. de noui oper. manciar. vbi allegat. leg. Si quis filio exhibetato §.* Hi autem in fin. de iurisdict. rupt. init. fact. testam. Zalus 1. confil. 21. num. 11. vbi exemplo id illustrat. Et urgente durissimo necessitatibus telo, quæ iniusta sunt, iustissima censentur, ut declarat Bodinus *5. de Republica. capite 5. pag. mibi 896.* adde Neuizanum, *in Sylv. nupt. lib. 5. sub titul. quomodo indicandum, num. 48.* Itaque nostra opinio fallit, quoties subditus, ob iustum, & necessarium caufam, alterius patrocinium implorare coguntur, quod fit, quando dominus territorij ordinarius illos vel propter negligentiam, defendere non vel propter absentiam, impotentiam, aut alias causas defendere non possit. Far. *leg. 25. ff. quod met. caus.* Et ita docet Nicolaus Myllerus in *addit. ad Rummelinum super auream Bullam. Caroli IV. part. 2. dissert. §. num. 9.* Sigismundus Frinchartus de iure patronatus, *cap. 1. num. 27.* Reinkingk de *Regimine Seculari, & Ecclesiastico. lib. 1. cap. 5. cap. 4. num. 80.* cum aliis penes ipsos.

2. Obserua tamen in occurrentibus casibus, quod cautio erit adhibenda ab his, qui extranei Principis auxilio vtrò se munire, & defendere satagunt, ut ita protectionis capitula moderentur, & componant, ne quidquam potestat domini proprij detrahatur; & ne ex illis occasio subiectionis potius, quam protectionis subioratur. Calamitas namque æui nostri suggerit, multoties evenire, ut quæ opis causa euocauimus, metuamus; & exempla in promptu sunt, ac Historiarum monumenta commonstrant, plurimos ex officio protectionis transfigisse in usurpationem potestatis; Petri Gregor. Tholosi. *lib. 11. de Republica. 11. num. 6. & lib. 23. cap. 3. num. 9.* vbi, ut gradus fiat ad nouum Principatum sèpè solete alterius subditorum protectionem suscipi, verissime tradidit. Itaque cautelas aliquot prudenter inita protectionis tradit Bodinus, quarum inter alias haec sunt. Prima ut patrocinia sint gratuita, quia officio merces non debetur, *leg. 1. ff. mand.* Secunda, ut æquissimis conditionibus utique utique tenetur. Tertia, ut patrocinij tabulis, quas Nostræ protectionis literas appellant, tettatum sit clientibus iura salua, & integra futura; quæ tabula à nouis successoribus ratæ habenda sunt; alioquin patrocinium, ut morte clientis, ita & patrocinij, disoluatur. Quarta ut patrocinia breviore tempore interruunt circumscrivantur, & terminentur; ut si clientibus grauiora videantur, mutari; si honesta, continuari possint; quod exemplis illustrat. Quinta, omnium optimam, & maximam cautionem dicit, ne patroci clientum arcet vel oppida præsidio militari teneant. Hinc à Bruto tribuno Plebis, velut ab Oraculo, in concione populi Romani dictum est, vnam esse tenuum aduersus potentiores securitatis cautionem; ut scilicet potentes, si nocie velint, non possint; cum nocendi voluntas ambitiosis hominibus, & imperandi cupidis numquam sit defutura; de quibus vide Bodinum *5. de Republica, dist. c. 6. cui Adda Kolkius, & alios, vbi supra.*

RESOL.

RESOL. IV.

Respondetur ad argumenta adducta pro affirmativa sententia. Et quaeatur, an per solutionem census, qua sit Romana Ecclesia, probetur exemplo à iurisdictione Episcoporum? Ex p. 10. tract. 7. Ref. etiam 4.

Sup. omnibus responsum in omnibus ad ductis in hac Ref. legge fundamento posita in prima Ref. huius tract. que hic est supra Ref. etiam prima.

S. 1. Ex his omnibus patet responsum ad omnia fundamenta, qua pro stabilienda affirmativa sententia apposita sunt supra in *Ref. 1.* Quamvis enim protectione iurisdictionem non tribuat, nec dominum probet, aut à iurisdictione ordinarij eximat, quod per supra allegata, nō tamē deduci potest, quod temere subditis licet protectorem euocare vel suscipere, cum id multis aliis in rebus, ut liquet ex supra dictis rationibus, propriis donis praedicare possit. Quia propter, quoniam sub huiusmodi titulis periculose peccari solet, & sub umbra protectionis clientes in seruitutem trahi, cuius non aliquid redolat *lex 7. in fin. ff. de capt.* fuit, inquit, apud nos rei ex ciuitatis Federatis, & in eos damnatos animadvertisimus *J. viiiij. c. 1.* Summis Pontificibus necessariū in Ecclesiasticis excindere radices, unde fraudes, Ecclesiarum praedictio nasci possunt: adeoque Præfatis, aliisque Ecclesiasticis discrete veritum est, ne transirent Ecclesiastique soam in clientelam alieuius, protectionem aut aduocaciam concedant *cap. 2. de reb. Eccles. non alien. in 6.*

2. Itaque nunc tantum restat respondere ad iura Canonica. & Leges ciuiles in contrarium adductas. *Et ad cap. Recipimus extra de priuilegiis, quod præcipue allegari ad hanc rem solet, dico quod illud nostram non stringit sententiam, que de non requisito domini consensu disputat; allegator autem capitulum strictè loquitur in casu, quo ipse Papa protector electus fuerat; & quæstum in eo principaliter fuerat. An per solutionem census, que fit Romanæ Ecclesiæ, probetur exemplo à iurisdictione Episcoporum? Et rescriptum Alexander Pontifex, quod sicut non omnes specialiter Beati Petri iuri existentes annuatim, Apostolica Sedi censum exsolunt, ita non omnes Consulares ab Episcoporum subiecione habeantur immunes, Inspicienda ergo priuilegia Ecclesiarum, & ipsorum tenore diligenter attendendū: ut si fuerit deprehensum, quod Ecclesia, quæ censum soluit, specialiter B. Petri iuri existat, & ad indicium perceptæ libertatis census annuus conferatur, non immerito speciali possit prærogativa gaudere, si vero ad indicium perceptæ protectionis Census per solutum Ecclesiæ Romanæ, non ex hoc iuri dicecesani Episcopi aliquid videri subtractum. Itaque nihil reperitur in allegato *cap. Recipimus;* quod pro affirmantium opinionem fulcienda, facere possit. Et ita ad hunc Textum respondet Dominicus Arumæus *ad auream Bullam Caroli IV. discr. 6. cap. 15. n. 2. vbi sic ait:* Quod enim ad cap. *Recipimus ex parte Priuilegii, attinet, nihil id aliud innuit, quam per persolutionem census anni, que fieri Romanæ Ecclesiæ solet, non probari exemptionem à iurisdictione Episcopi, quod sane nostram non afficit sententiam, quæ an inicio, imò innuito domino, census honorarij anni loco persolui aliquid alteri possit, collimat. Quia de re oppositum *cap. non agit,* si quidem an census ille pro patrocinio, vel quæ alia de causa, & an innuito Episcopo Ecclesiæ Romana persolutus sit, non insinuat: similiiter non obstat *cap. Ex parte cod.* Loquitur enim de iis, qui recepti sunt sub protectione Papæ, dicitque eos per hoc ab Episcoporum suorum potestate minime extrahiri. Nam etiam sine speciali receptione vniuersalis potestatis iuritu eidem subiecti sunt. Hucusque Arumæus.**

3. Ad leges vero ciuiles adductas respondeo cum Magistro de *aduocacia armata, cap. 6. num. 389.* quod ad §. finali in *I. de defensori ff. de rei milit. attinet, claram esse illum loqui de desertoribus militia capite puniendis, qui Praefectum, vel Magistratum militie, cum possent, non protixerunt: nec ullam ibi fieri mentionem de libertate Subditorum in eligendis protectoribus: palam est. Præterea protectores, quorum sit mentio *leg. 1. c. de excus. nam lib. 10. & tii singulari. Cod. de domest. & protectoribus lib. 12.* erant ex armata malitia delecti, qui defendendi, & protegendi causa Principi semper erant à latere, qui, ipse Imperator ait, *leg. 9. Cod. Theod. eod. tit. protegendi lateris nostri solicitudinem patiuntur. Vide Cuic. titul. de Domest. & protect.**

RESOL. V.

An opinio superior obstat Eminentissimis Cardinalibus, vel Romanis Baronibus; qui cum frigmaribus Imperatoris, Regis Hispania, Gallia, &c. appositis in eorum Palatis, videntur profiteri,flare se sub protectione dictorum Principum?

Et quid, si in rigore insignium appositio in Palatis Cardinalium, & Baronum demonstraret ipsos sub stricta protectione illorum Regumflare, & non tantum ad ostendendum animi propensionem in ialem, vel talam Regem?

Et docetur prohibitum esse, ne Prælati Ecclesiarum sibi commissarum bona immobilia, aut iura Laicis submittant, aut subiiciant, nec etiam ex ipsis in Patronos, vel Aduocatos perpetuo, vel ad tempus non modicum constituant, &c. Ex part. 10. tract. 7. Ref. etiam 5.

S. 1. **Q**ui negatiuam sententiam superius adductam tenent, haec non approbant: nam vt diximus, putant, quod ex hoc authoritas, & obedientia veri domini, non parum minnatur: imò iniuria quodammodo officiatur dominus, dum pro taliter putatur, qui tanti non sit animi, ac potentiae, vt suos tueri possit. Licet enim protectione à iurisdictione non eximat, est tamen plerumque Politicus ad stipulantes, initium iurisdictionis. Addit, quod de Eminentissimis Cardinalibus adest maior difficultas, stante Bolla Gregorij X. ut obseruat Gregorius Becht, in *Tract. de securitate, & salvo conductu. c. 10.* Quod probatur, ut supra cursum tetigimus, ex cap. *Hoc consiliffissimo de rebus Ecclesiæ non alienandis in 6. vbi ad literam prohibetur, ne Prælati Ecclesiarum, sibi cõmissarum bona immobilia, vel iura Laicis submittant, aut subiiciant; nec etiā ipsos in patronos, vel aduocatos perpetuō, vel ad tempus non modicum constituant; nisi ultra Capituli consensem, Apostolica quoque Sedis licentia specialis accedat. Quod quidem adstrictè prohibetur, ut si contractus aliter factus fuerit, tametli iurisurandi accessione, aut pena adiectione vallatus fuerit; is tamen viribus omnino cædere, nec ullum ius præscribendi tribuere intelligatur. Quem textum ita simpliciter intellexisse videtur Zafius in *Compend. feud. part. 10. de feud. amiss. p. 55.* dicens, huiusmodi aduocatos non esse perpetuos, sed reuocabiles; nisi Summi Pontificis pacifica protectionis unione, consensus accelererit; per *Text. in cap. Hoc consiliffissimo.* Vide etiam Henricum Rofenthal in *Synops. de feudis, cap. 4. concl. 14. num. 5.* expresse adseuerantem, hodie ob prohibitionem iuris Canonici, Prælatos non posse assumere Laicos in aduocatos, & protectores per *Textum in cap. 1. de rebus Ecclesiæ non alienandis.**

2. Verum

2. Verum qui tenent partem affirmatiuam, omnia hæc negabunt; quia nec aduocatos, vt dicitur est, vel protector per ius protectionis nanciscitur aliquod dominium per capit. Præterea 23. de iur. patro-
nat. cap. In singul. Regnis de statu monach. Baldus in leg. fin. C. de editi. diu. Adr. tollend.. Butrius in cap. Exam-
inata de iudic. num. 11. Panormitanus in cap. Quia Clerici de iur. patron. Hostiensis in Summa de iur. pa-
tron. S. Quid competat. Duarenus de Sacr. Eccles. mi-
nistr. lib. 5. cap. 4. post princ. Sed ius protectionis secum
adferit, vt Clientes contra viam, & violentiam alio-
rum defendantur, leg. non dubito. §. 1. ff. de capti. &
postlim. seu. Bud. in leg. Herennius ff. de ciuit. Modest.
Pist. confi. 43. num. 20. Nec videtur obstat, quod Epis-
copis, & Praelatis, absque consensu Papæ sacerdo-
talem protectorem suscipere non licet: nam, vt ob-
seruat Magerus de aduocat. armata, capite 6. n. 416.
qui attinet considerat, videbit textum illum non lo-
qui de simplici iure aduocatæ, seu protectionis, quia
hoc est, de quo nos tractamus; sed de quadam alie-
natione rerum immobiliarum seu iuriuum Ecclesiæ, quæ
fir sub prætextu aduocatæ intelligendum esse; & in
effectu dumtaxat Summum Pontificem ibi prohibe-
re, ne Pralati bona immobilia, vel iura Ecclesiæ,
Laicis submittant, aut subiiciant; constituendo illos
perpetuos aduocatos, vel ad tempus non modicum;
recognoscendo talia bona ab ipsis, tanquam aduocati-
tis, & non profitingo se ab illis ea, tanquam à superio-
ribus, tenere. Cum omnibus hisce modis, ratione
rectæ, inducatur alienatus quædam, & seruitus; vt post
Gloss. Archidiacon. Gemin. Ancharan. & Franc. loco
infra alleg. consilendo docuit Georg. Euerh. confi. 56.
num. 4. 6. & 7. Ex qua declaratione satis colligitur,
simplex, & citra rerum Ecclesiasticarum alienationem;
constitutum aduocatæ ius à Gregorio Papa in d.
cap. 2. non improbari: nec ab eodem prohiberti,
quominus Ecclesiastici Antislites, rebus Ecclesiæ ita
sientibus, protectores absque licentia Papæ consti-
tuere, ac suscipere possint; prout in hunc sensum ibi
declarat Glossa in verb. specialis, & in verb. Aduocato
Archidiaconus ibi num. 4. Dominicus de S. Gemin.
col. 2. ad fin. Petr. de Anchar. num. 1. Phil. Franc.
num. 4. & sicut, quod etiam sine ylla Summi Pontificis
requisitione ius protectionis Ecclesiasticarum
personarum & rerum, vt plurimum conferunt Lai-
cis, non refragantibus ipsis Canonibus: vt patet in
cap. Generali 13. de Elect. in 6. item in capit. Pen. extr.
de penit. vbi Textus rotundus; ibique Abbas col. fin.
bis hoc notat, & in multis aliis.

3. At, vt verum fatear, ego puto omnia sopra-
dicta nihil obstat, nec efficerre contra Eminentissi-
mos Cardinales, neque contra Barones Romanos;
quia apposito illa stemmatum Regis Hispaniæ, Galliæ &c.
in suis palatiis, non constituit protectionem,
de qua est quæstio inter Doctores, & de qua nos
loquuti sumus in hoc Tractatu: sed est quædam ex-
trinseca demonstratio se bene affectos esse huic, vel
alteri Regi. Confirmatur; quia sicut plures alii; hic
Romæ apponunt in eorum dominibus insignia di-

ctorum Cardinalium, & Baronum; & tamen non ex
hoc sequitur ipsos se subiictere illis tanquam clien-
tes, & recipere eos in protectores ea subiectione, de
qua in hoc Tractatu loquuti sumus: ita idem dicen-
dum est de Cardinalibus, & Baronibus erga Reges.
Quod etiam confirmatur secundo, nam ius protec-
tionis, de quo loquimur, perficitur scriptura, in
instrumentis clientelaribus, cum pactis, & cum qui-
busdam obligationibus inter patrons, & clientes,
&c. vt videtur est apud citatos Doctores pro sententia
negativa, & affirmativa: quæ quidem omnia non in-
terlidunt in casu nostro inter Cardinales, & Barones
cum Regibus. Ergo &c.

4. Vejùm etiam in rigore hæc Insignium ap-
positio in Palatiis Cardinalium & Baronum de-
monstraret ipsos sub stricta protectione illorum Re-
gum stare; adhuc aliqui putant nostram sententiam
contra illos non obstat; quia, vt obseruat Magerus
de Aduocat. armata, cap. 6. num. 574. in terminis casu
nostrî subditis patroni electio co etiam casu permitta
ceretur, quo ij. scientibus tacentibus, & non
contradicentibus dominis suis ordinariis, tuelam
alicuius potentioris efflagitant: eò quod scientes
actum, quem contradicendo impedire poterant; si
taceant, pro consentientibus habeantur; per textum
leg. final. ff. quod cum eo, gloss. capitulo. Is. qui tacet, de
regul. iur. lib. 6. gloss. Caius 39 ff. Pignor. alt. gloss. leg.
Fideiussor. 26. §. Pater. verb. manifestum ff. de pignor.
gloss. capite 2. verb. tacuerit. dist. 26. gloss. capite 3.
ext. de his que sunt à Praclar. sine consens. Capituli Ias.
leg. que dicitur 33. num. 76. ff. solut. matr. Tiraquellas,
in tract. de viroque retrah. §. 9. gloss. 3. num. 16. Vnde
regula communis est, quando geritur actus per-
tinens ad alicuius partis commodum, incommodeum
vel præiudicium, & sciens illum non improbat;
videtur cum tacite approbare, secundum Bartolum
in leg. quo enim ff. rem ratam haberi per. leg. si absentia
Cod. & cert. per. Et loquitur ibi Bartolus, quandò
actus est gestus in absentia partis, qua postea habuit
notitiam, nam si non contradicit, approbare videtur.
Ergo, vt patet, cum Summus Pontifex hæc omnia
sciat, & non prohibeat, videtur illa concedere, & con-
sentire.

5. Sed ego prorsus existimo, Pontificem nun-
quam contentire, & concedere, vt talia facientes se
constituant sub stricta protectione Regum, de qua
loquuti sumus. Solum ergo permitte illos talia fa-
cere ad ostendendam animi propensionem in tales,
vel talem Regem, quatenus vel tales Cardinales
sunt nati in eorum Regnis, vel exercent aliqua mu-
nia spectantia ad dicta Regna, vel sunt Cardinales
aut Barones de dictis Regibus benemeriti. Et quidem
nemo cordatus potest credere, quod Rex Hispaniæ
permitteret aliquem suum Dynastam se subiic-
tere protectioni, & clientelæ Regis Galliæ, & è contra.
Ergo neque credendum est, quod Sommus Pontifex
vñquam esset permittitus Cardinales, & Barones Ro-
manos in aduocatiam aliorum Principum se consti-
tuere.

TRACTATVS